82

S.P. Nobilissime, Magnifice et Amplissime Dn. Goldaste,
fautor magne, amice suspiciende, Ex T. Nobilit. ultimis
ad me datis literis percepi, quod secum constituerit, quam
primum nos visitare. Nihil mihi gratius accidere potest, quam
ut eiusmodi promissio deducatur in actum. Cum Studiosis
nonnullis sum collocutus, et petii, ut T. Nobil. Catalogum herbarum
et seminum describerent; sed nondum nancisci potui eum,
qui hunc laborem, si modo labor nominandus est, et non potius
iucunda oblectatio, in se susciperet: Non desinam tamen
ulterius inquirere. Coram plura. Interea T. Nobil.
Deo committo, et ut mihi favere non desinat oro. Datum
Rintelii 6 Febr. Ao 1624

T. Nobilit.

colens

Johannes Gisenius D.

Nobilissimo, Magnifico et Amplissimo
viro Dn. Melchiori Goldasto
ab Haimensfeldt, Jureconsulto
celeberrimo, et Illustriss. Schauen=
burgico à Consiliis intimis, Domino,
fautori, et amico suo colendissimo